

R.

legitimo praedimento impeditis vel impedita, aliis vel alia
 proximiori die non impedita, Praepositus Domus, extradita
 ad hoc per anteriorem Praepositum, officium Praepositurae
 terminantem Convocatione, per CC. DD. Collegas actu Col-
 legium inhabitantes et ad Communem Collegii Stubam,
 ad tertium pulsum Campana in habitu decenti congrega-
 tos, idq. ex turno, noviter vocato et ad Collegium admisso
 Professore excepto (qui praeter turnum, ratione ingressus
 sui ad Collegium, semel praepositare, electionemq. sub poena
 quinque Marcarum irremissibiliter solvet et pro arbitrio
 Communitatis converteret, sive ex turno, sive ratione ingressus
 de se factam acceptare debet) ascendendo vel descenden-
 do eligatur ita, ut hoc officium ad singulos, nisi cum ali-
 quibus praecipue sensu vel meritis gravatis dispensare
 vellet Communitas, devolvatur. Efficacius enim commissa
 gerimus officia, si nostra cum Fratribus partimur one-
 ra. c. ellandata. de Praesumpt. et c. fin. de Offic. et Archipresb.

STATUTUM III.

De electione Consiliariorum Domus.

Experientia utpote jux. c. Quamvis. de Elect. in 6. rerum ella-
 gistra efficacissima docemur, oculos plura videre, quam ocu-
 lum. Vesembec. de Stud. Jur. et multas manus reddere
 onus levius, quam unam. Frideric. Scot. Cons. 1. n. 297.
Tom. 1. Lib. 2. Ideo statuimus et in posterum statutum habe-
 ri volumus, ut electo Praeposito Domus, duo per electionem,
 unus videlicet ex CC. Doctoribus, alter ex Professoribus ha-
 bito semper respectu ad turnum et Expraepositum addantur
 in conv.

in Convocatione Electionis Præpositi Consilarii, qui illum in oneroso officio suis adjuvent consiliis. Facilius namq; peragitur officium, quod duorum fuerit societate comprehensum. *Cassiodor. Lib. 12. variar. form. epist.*

STATUTUM IV.

De munere Præpositurali diligenter obeundo.

Quoniam omnium Actionum (ut inquit Patricius Lib. 5. tit. 20. de Regn.) sit Magistra diligentia, ac ea remota, omnia quasi veterino composita in tenebris jacent et in caligine delitescunt. *Jacob. Aleman. Consult. 8. quæst. princ. 2. fol. 66.* Ideo hoc statuto Clarissimum Præpositum Collegii pro tempore existentem obligatum haberi volumus ac eundem obligamus, ut pro munere suo quam maximam diligentiam circa vindicandos Censur adhibeat, vindicatos alios ad Mensam, alios pro dismembrationibus et aliis necessitatibus juxta obloquentiam pietissimarum Foundationum tum pro solutione salariorum et septimanalium Familid domo converti, domum in omni honestate et decore, Familiam in rigore, conservari eamq; de malo corrigi et ad bonum jus. can. Sicut ii. S. Neceffe. dist. 47. etiam per amotionem incitari, Collegium si reparatione aliqua indigeat, de eadem Clarissimum Procuratorem Universitatis ad quam de jure et antiqua Consuetudine reparatio hujusmodi spectat, aut si Clarissimus Procurator Universitatis in hoc fuerit tardus vel renitens ipsum Magnificum Dominum Rectorem pro tempore existentem tempestive, non expectando majorem deteriorationem rei reparandæ avitari, ac ea, quæ ad suum officium ex praxi et antiqua consuetudine spectare dignoscuntur, sine mora, quæ unicuiq; est nociva. c. Mora